



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Tenor sententiae diffinitiuae latae contra Hyeronimu[m] de Praga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

## Tertia Pars Directorij

520

runt, absoluentes te ab excommunicationis sententiā, qua adstric̄tus in anteā tenebaris, si tamē de corde vero, & fide non facta conuersus existētes ad sanctā Ecclesiā unitatem, tibique salutē penitentiam iniungeres, ad misericordiam re ceperunt, quia Ecclesia sancta Dei non claudit gremium reuertenti. Verum post omnia antedicta, fuit nobis delatus (quod displicenter acceperimus) quod interī incideras in damnatas hæreses per te publice in anteā abiuratas, seu talia, & talia commisisti contra abiurationem prelibata, in tua animē detrimentum, explicentur. Nosque quamquam displicentia sauciati, quod de te talia audiremus: nihilominus iustitia nos cogēte, descendimus ad inquirendum, testes examinandum, teque vocandum, & interrogandum, ut decebat) medio iuramento, & ad faciendum omnia, & singula, quæ per nos fienda erant secundū canonica instituta. Sane cum vellemus præsētem causam fine debito terminare, solemne tam pectorū in theologia facultate, quam in iure canonicō, & ciuili consilium fecimus congregari, & habito cū prædictis in & super omnibus, & singulis in præsenti causa productis, deducitis, actis, & actitatis consilio maturo pariter, & digesto, ac etiam replicato, visisque ac diligenter inspectis processus meriti huius causæ, ac omnibus aequalitate libratis, prout ius, & iustitia suadebant, remimus legitime tam per testes dignos fide, quam per tuam confessionē propriam pluries per nos judicialiter receptam, te incidisse ac recidisse in hæreses abiuratas: Nam reperimus; quod talia dixisti, & egesti, explicentur omnia, propter quæ, & merito de prædictorum consilio te habemus tuis exigentibus excessibus pro relapsū secundum canonicas sanctiones; quod dolenter referimus, & ferendo dolemus, nouit ille qui nihil ignorat, qui cordium intima omnium invenitur. Et cū totis nostris præcordijs cuperemus, prout adhuc cupimus, reducere te ad sanctę Ecclesię unitatem, ac eruare à tuis viscerib. præfata mæterialē hæreticam prauitatem, vt sic saluares tuā animam, ac mortem euaderes corporis, & animæ gehenñalē, conatus nostros exercimus ad te salubriter cōuertendū, mōdos cōgruos variis adhibētes; sed tu ī reprobus sensum datus, maligno spiritu dūctus pariter & seductus, prælegisti torqueri diris, & perpetuis cruciatibus in infernū, & hic temporalibus ignibus corporaliter cōsumari, quam adharendo consilio saniori, ab erroribus damnabilibus ac pestiferis resiliere, & ad gremium ac misericordiam sancte matris Ecclesiæ aduolare. Ea propter cum ecclesia Dei vltra non habeat erga te quid faciat, cum ad te cōuertere totum exerceretur possit suum. Nos Episcopus, & Inquisitor indices in hac causa fidei memorati, edentes pro tribunali more iudicū iudicantū, sacro sanctis Euāgeliis positis corā nobis, ut de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videat equitatem: & præ oculis habentes solum Deū, & honorē sancte fidei orthodoxā, hac die, hora, & loco, ad audiendam sententiā diffinitiū tibi in anteā assignatis, te talem in præsentia cōstitutū sententialiter condēnamus,

& condemnando iudicauimus, te esse veraciter impenitētem hæreticum, & relapsū, & vitālem realiter, tradendum seu relinquendum brachio seculari, & sicut vere hæreticum impenitētem pariter & relapsū per hanc nostrā sententiam diffinitiū de foro nostro ecclesiastico te præcūs, & tradimus, seu relinquimus brachio seculari, ac potestati curia secularis: de precantes efficaciter curiam secularē prædictam, quod citra sanguinis effusione, & mortis, periculum, erga te sententiam suam modere tur. Ita fuit hæc sententia, &c.

B Et tunc Inquisitor conferet omnibus, qui prædictis sermoni, & sententiā interfuerint, quadriginta dierum indulgentiam consuetam, ac intimet, q̄ omnes qui dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, p̄ predictum factum fidei fine debito terminaretur, habent tres annos de indulgence ex parte domini nostri Pape.

C Et dum curia secularis suum officiū exercetur, poterunt ipsi relapsū associare aliqui probi viri, fideli zelatores, qui eum informarē nō defissant, a conatum suum exrcant, vt conuertatur ad fidē catholicā, ac resiliat ab erroribus suis.

D Resiliat autē vel non resiliat, Ecclesia tamen eum ad suum forum deinceps non admittet, crederem tamē, quod si tunc ad fidem catholicam conuertetur, adhuc sacramenta Penitentia, & Eucharistia non essent ei petenti humiliari deneganda, iuxta c. Super eo, de hæret. li. 6. non autem esset aliter ad misericordiam ab Ecclesia admittendus.

### COMMENT. XLVII.

E N hoc modo nihil fere occurrit notatu dignum. Iaut difficile, quod in alijs modis non sit copiō explicatum. Eum nihilominus referunt Locatus in opere iudiciali in fine, in forma sententiā contraria impunitentem, & relapsam, & Iacobus Sprengerius in Mallo maleficarum par. 3. quæst. 30. & Reptorium Inquisitorum verbis, sententiā. §. septuaginta. eiusdem etiam meminit Sylvester lib. 3. de frigibus c. 4. puncto. 13.

F Iam hic modus eadem ratione absoluitur, quia non nō fuit tractatus, in quo actum est de praxi tradendi seu relinquendi relapsū curia seculari.

G Quantum vero ad formam ferendi sententiā contraria impunitentem, & relapsam attinet, eam possum accipere ex concilio Constantiensi sess. 21. vbi condemnatus fuit Hieronymus de Praga, quædam p̄pus extiterat, & impunitus in hac verba.

H Tenor sententiā diffinitiū late contra Hieronymum de Praga.

I In nomine Domini, Amen. CHRISTVS Deus, & Saluator noster vītis matura tenuis patr̄ agriculta est, discipulos, & ceterosq; fideles suos in illis instituens, inquit: Si quis in me non traherit, mittetur foras sicut palmes, & atelcer. Cuius summi doctoris, & magistri doctrina, leges, & p̄cepta executes hac sancta Constantiē Synodus in causa Inquisitionis hæreticæ prauitatis can-

eadem sanctam Synodum mota, fama publica referente, et clamorosa insinuatione demonstrata, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrorum in artibus, laicis, ex cuius causa actis & processibus constat, eundem Hieronymum tenuisse, asseruisse, & dogmatizasse non nullos articulos hereticos & erroneous, dudum a Hunc sanctis Patribus reprobatos, quodam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piarum aurium of feniros, temerarios & leditiosos, dudum per dannata memorie viros Ioannem Vvieleff, & Ioannem Hus affertos, predicatoros & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opusculis insertos. Quique doctrina & libri predicatorum Ioannis Vvieleff, & Ioannis Hus, ac Vvieleff memoria, dicti que Ioannis Hus persona, per eadem sancta Synodus & eius sententiam de heresi damnati & damnatae fuerunt. Quamq[ue] damnationis sententiam idem Hieronymus postmodum, pendente huiusmodi Inquisitionis causa, in eadem sancta Synodo cognoscens & profitens veram, Catholicam & Apostolicam fidem approbavit, & eidem consenserit, anathematizauitq[ue] omnem heresim, pricipue eam, de qua erat infamatus, & se confitebatur infamatus, & quam prateritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioannes Vvieleff & Ioannes Hus in suis opusculis, sermonibus, & libellis, & proper quam seu quascum suis dogmatis erroribus ab eadem sancta Synodo damnati fuerunt tanquam heretici, & eorum doctrina si milititer damnata, praemissorumque omnium damnationem professus, & iurauit se in hac fidei veritate permansurum. Et si ipse quicquam contra sentire, vel praedicare presumperint, canonum sceleritati subiacere, & eterna pena voluit obligari: Necnon suam professionem manu sua constituta, eidem sancte Synodo obtulit, atque dedit. Post quas professionem & abiurationem multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediit, ut virus pestilentissimum, quod in suo latitabat perit, publice euomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sancta Synodo postulauit. Qua sibi concessa, coram eadem Synodo publice cogitata afferuit, dixit, & professus est in effectu, quod profane sententia damnationis dictorum Ioannis Vvieleff, & Ioannis Hus inique confenserat, & ilam sententiam approbando mentitus fuit: Nec verebatur se confiteri mediatum, quin in confessionem approbationem & professionem suas super illos damnatione reuocabat nunc & in eternum, afferens, se in libris Ioannis Vvieleff, & Ioannis Hus nullam vnguam heresim vel errorē legis, sicut ante fuerit confessus, & probatum sit euidenter, ipsum libris eorum diligenter studuisse, legisse, & dogmatizasse, & in quibus cōstat plures errores & heresies contineri. Vnde idem Hieronymus de sacramento altaris & transubstantiatione panis in corpus professus est, se tenere & credere quod Ecclesia tenet, dicens se plus credere Augustino & ceteris Ecclesiae doctoribus, quam Ioanni Vvieleff, & Ioanni Hus. Cōstat insuper ex praemissis, eundem Hieronymum praedictis Vvieleff & Hus damnatis, & eorum erroribus adhucere, illorumque fautorē suis &

A esse, propter quae eadem sancta Synodus eūdem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manētem, foras mittendum decernit, ipsumque hereticum, & in heresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat, & declarat, atque damnat. *h[ab]et[ur] ibi.*

*Num. 291.*

*Hac formula mutatis mutandis, paucis additis, & deratibus describere poterit ad ferendam sententiam contra impenitentes relapsos.*

*Nemo vero miretur, cur non sit in hac sententia nominatum dictum, sancta Synodus decernit prae dictum Hieronymum de Praga tanquam impenitentem & relapsum iuxta canonicas sanctiones relinquendū esse curia seculari, quoniam satis id non obscure continetur sub illis verbis: foras mittendum decernit, ipsumque hereticum, & in heresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat, & declarat, atque damnat. Ex quibus protinus intelligitur, eos quā tales esse declarantur, iuxta legum sanctiones per seculares magistratus esse pletendos.*

*De duodecimo modo terminandi processum fidei per condemnationem conciiti de heresi, et persistenis in negativa.*

**D**odecimus modus processum fidei terminandi & finiendo est, quādo delatus de heretica prauitate, processus meritis diligenter discussus cum bono consilio in iure peritorum, reperit, in heresi deprehensus facti euidentia, seu testium productione legitima, non tamē confessione propria: et hoc est, quando ipse delatus coniunctur legitime de aliqua heretica prauitate, vel facti euidentia, utpote, quia hereticus publice predicauit, vel per testes legitimos, contra quos excipere delatus legitime non potuit; tamē ipse sic coniunctus & deprehensus, persistit firmiter in negativa, & confitetur constater catholicam sanctam fidem.

*Negans crimen, de quo est cōdictus, cōfessetur impenitus.*

Iste b[ea]tus quamdiu sic persistit in negativa, hereticus impenitus est censendus, iuxta notata per Hostien. in tumma. tit. de heret. §. Qua liter quis in heresi deprehendatur, ut patuit super par. 2. q. 34.

Circa istū talis practica est seruanda. Talis durro carcere est tenendus in compedibus & catenis: frequenter ab Episcopo & Inquisitore coniunctim & diuinim, & per se, & per alios est efficiaciter admonendus, quod si detegat veritatem, indicando ei, quod si faciat et confiteatur errorē suum, quod ad misericordiam admittetur, abiurando primus illam hereticam prauitatem: si autem noluerit, & steterit in negativa, quod ad finem relinqueret brachio seculari, et mortem non poterit evadere tempore.

Quod si diutius informatus et expectatus, steterit in negativa, Episcopus et Inquisitor modo coniunctim, modo diuīsum, nunc per se, nūc per alios